Fragmentarium

tria. Sex(us): ne femina uel ibide(m). 7 xxxiiii. q. ult. c. ult. 7 ff. de reg. iur. l. ii. Etas:
ut sit maior xx. annis. ut ff. de arbitris. e lege ut ad minus xviii. annorum. ut 5
ff. de reg. iii. quidam. Discretio: ne careat iudicio. i. discretione. ut iii. q. vii.
tria. Fama: ne sit criminosus uel infamis. ut ii. q. vii. Infames. tria 7 ff.
de iudic. de cuius. Officium autem prelati uel iudicis est curam habere subditorum. ut viii.
q. i. qui episcopatum. Potestas autem circa tria uersatur precipue. s. correctionem. iudicium
animaduersionem. Debet autem in correctione esse beniuolus. in iudicio iustus. in animaduersio-
ne misericors. In correctione beniuolus. ut di. xlv. In iudicio iustus. ut iii.
q. vii. iudices. In animaduersione misericors: ut di. xlv. uera.

Quoniam ad officium iudicis de quo diximus spectat facere treugam 7 pacem seruare. uisum nobis
est post illud de his pertractemus. que sit treuga que pax inquirentes. Treuga
est securitas prestita personis 7 rebus discordia non finita. Pax uero est discordie finis.
aliquando tamen pax treuga uocatur. ut. xxiiii. q. iii. illi. Quidam autem perpetuam habent
treugam. ut clerici monachi conuersi peregrini mercatores 7 rustici. 7 animalia quibus terra co-
litur. ut. i. e. c. Innouamus. Quedam uero temporalem ut ne quis in aliquem insultum faci-
at a uespere. iiii. ferie usque in exordium. secunde ferie. ab aduentu usque ad octabam
epiphanie. 7 a. lxx. usque ad octabam pasche de feriis autem ista ratio redditur. Quinta
feria habet priuilegium treugue propter domini ascensionem. que tali die celebratur. Sexta propter domini
passionem. Sabbatum quia dies est requiei. dominica propter domini ressurrectionem. 7 spiritus sancti inpen-
techosten dationem.

Quia inter ministros canonum de quibus diximus maior 7 minor inuenitur. 7 maiori
minor debet obedire. de maioritate 7 obedientia uideamus. considerantes in quibus ma-
ioritas inter clericos atendatur. 7 in quibus obedientia consistat. Maioritas autem dicitur
ex prerogatiua ordinis consecrationis. dispensationis. 7 antiquitatis. Ordinis: ut
presbiter maior diacono. ut di. xciii. legimus in fine. Consecrationis. ut episcopus presbitero.
ut di. xcv. Olim episcopi in ecclesia. Dispensationis: ut archidiaconus archipresbitero. ut di.
xxv. perlectis. Antiquitatis: ut qui prius est ordinatus. ut di. xlv. ordinatos. Obe-
dientia uero in tribus consistit. in reuerentia. iudicio. precepto. Reuerentia debetur
ei qui precedit ordine uel antiquitate. Obedientia iudicii 7 precepti debetur ei
qui prior est consecratione. uel dispensatione.

Expedito tractatu ordinandorum 7 officiorum. ueniendum est ad preparatoria iu-
diciorum. sed quia uocati ad iudicium quandoque malunt pacisci uel transigere quam

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 5r – Bernardus Papiensis, Summa decretalium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49248)